

www.e-rara.ch

Theses de catarrho

Meier, Joachim

Basileae Helvetiorum, anno 1580

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-139>

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

THESES

DE CATARRHO, EX

AUTORITATE AMPLISS. DECANI,

Collegijq; medici Basiliensis licentia

propositæ, quas, Deo fauente,

pro gradu tueri co-

nabitur

IOACHIMVS MEIER HAM-

BVRGENSIS;

ad diem XXIX. Septembris,

hora, & loco consueto.



Basileæ Heluetiorum excudebat

Leonhardus Oſſenius, Anno 1580.

Catalog



THE S. E. S.

DECATUR, GA.

Collected by the Georgia Historical Society
from the papers of the late
General James M. Smith
and deposited in the
Library of the Georgia Historical Society
at the University of Georgia
Athens, Georgia
1900



THESES DE CATARRHO.

I.

Kατάρρεϋ, latinè destillatio, generaliter loquēdo, latè accipitur, perinde ac ῥέουσα κατὰς αὐτὸς: aliquādo tamen specialiter: aliquando propriè usurpari legitur.

2. Pertinet hoc malum ad vitia capitis, à quo ceu fonte omnis catarrhus fluit, & potest esse morbus, potest esse symptoma, teste Gal. 3. de sympt. caus. 4.

3. Pro morbo habetur instrumentali vitiatæ compositionis secundum cauitates cerebrine spacia, quatenus hæc catarrho implentur.

4. Symptoma uero est destillatio referenda, aut ad actionis noxam, aut ad excrementi mutationem, quatenus naturalem sequitur cerebri functionem lesam, non solum ratione facultatis ob intemperiem lesæ, sed etiam causa erroris externi.

5. Proinde statuo catarrhum esse affectum præter naturā, in quo humor excrementosus à capite in subiectas partes descendit.

6. Catarrhi multe sunt differentiæ: quarū aliæ à motu peccante: aliæ à destillantis materiæ substantia, qualitate, quātitate: quedā ab efficientib. causis: nōnullæ à locis laborantib. capiuntur.

7. Locus, à quo, qui uulgò dicitur pars mandans, caput est, ideoque scire expedit, à qua capitis parte catarrhus potissimum prouenit.

8. Loci per quos nuncupantur spacia catarrhum deferentia, siue conuenienter, siue inconuenienter, eaq. ab Hippocrat. enumerantur septem, scilicet aures, oculi, nares, os, gula, trachea, arteria, vena, quibus adduntur arteriæ, vertebra spinalis, neruiq.

9 A loco in quē hoc est, à parte recipiente, tot sumi possunt discrimina, quot fluxionis sunt receptacula.

10 Hoc pacto catarrhus erit modo totalis veluti febrilis dictus, modo particularis, pro partium varietate varias habens differentias.

11 Hinc est in nares $\kappa\omicron\rho\upsilon\zeta\alpha$ græcorum, grauedo latinorum: in guttur asperamue arteriam $\beta\acute{\rho}\alpha\gamma\chi\omicron$, ἀσπεριακήν uel raucitas: in pectus $\kappa\alpha\tau\acute{\alpha}\rho\theta\omicron$ latinè destillatio propriè nuncupata: in gurgulionem $\sigma\alpha\phi\upsilon\lambda\eta$ aut vva: in tonsillas $\pi\alpha\rho\iota\sigma\theta\mu\iota\alpha$: in glandulas $\alpha\iota\lambda\acute{\alpha}\delta\alpha$: post aures $\pi\alpha\rho\omega\tau\iota\delta\alpha$, aliæquæ id genus species.

12 Externa catarrhi causa internam irritans, alia est manifesta, alia occulta.

13 Manifestam ad quatuor, ex quib. oritur, fontes reduco, nempe ad assumenda, facienda, foris occurrentia, vacuanda, quæ omnia partim excessu, partim defectu catarrhum mouent, mediantibus primis quatuor qualitatibus.

14 Sæpè à caliditate, uel simplici, uel cum humiditate liquatus cerebri humor destillat: sæpè à frigidityte vel sola, vel cōiugata, instar manus è cerebro tanquam sponsia contentā humiditatem exprimente, fit catarrhus.

15 Iudicatur pro occulta causa, quando ob malignam stellarum configurationem, mediante aura, longe latequæ catarrhus populariter grassatur.

16 Interna immediatè antecedens causa est, capitis imbecillitas, quam fouet intemperies quedam vel ingenua, vel acquisita, præcipuè in caliditate, vel frigidityte modum excedens.

17 Quod ad materiam attinet, procul dubio pituita excrementosa

mentosa in catarrho prædominatur, nunc calidior, nunc frigidior, prout parum, vel diu in capite moratur.

18. Ex frigidiore inspidus, acidus, ex calidiore salsus, amarus, acris fit catarrhus, tametsi ex putredine interdum salsus fiat.

19. Ratione huius materie, quæ gignitur vel in capite, vel in alijs locis, catarrhus sic distinguitur, ut primo modo per essentiam, secundo per consensum factus dicatur.

20. Factus per essentiam, quoties post nutritionem cerebri, ex alimento ipsius remanet excrementum copiosius, & præter naturam destillans.

21. Per consensum destillatio fieri solet, vel à toto corporis habitu, vel à partib. eius, ut plurimum à languido ventre: ab his. n. in caput ascendunt descenduntq. non solum humores, sed etiam vapores, ex quibus catarrhum fieri à consensu dictum Galeni est. autoritas lib. I. de locis aff.

22. Quanquam vapores caput petunt: non tamen omnes perinde ac in media aeris regione, aut in alembico ui frigoris in guttas condensantur, sed portio eorum quædam per suturas, & poros caluarie exhalat, quædam per nares, et os expellitur, nisi istæ viæ omnino præclusæ sint.

23. Ergo parum excrementi ex vaporibus congeritur, & proinde ridiculum est credere, quasi nullus sit catarrhus: quin ex vaporibus ortum ducat.

24. Signum, quo in genere hunc affectum cognoscimus, unus est defluxionis quidem sensus, sed multa sunt differentiariæ signa, quæ ab illis petantur.

25. An per Venas catarrhus feratur, præter cætera indicat urina spumosa, habens diffusum enæorema sine hypostasi, in-

primis catarrho ad huc crudo, granulosas bullas, quæ maxime in corona se ostendunt.

26. Præterea ex malo corporis habitu, ex uitioso colore, ex febre putredinem comitante certo id colligimus.

27. Utrum malignitatem defluxio habeat diiudicamus, nisi ex occulta causa, aut ex lue venerea prægressa, quam sæpè immedicabilis destillatio secuta est.

28. Continuus, magnus, vehemens fluxus nulla causa foris occurrente, catarrhum significat per essentiam cerebri laborantis, sed enim per consensum factus est mala constitutione totius corporis, vel priuati visceris, præsertim ex infirmitate ventris dignoscitur.

29. De prognostico, Arbitror nullam destillationem salubrem esse, nisi critice cerebrum expurgetur, alioquin penes iudicium Celsi, malum est nares stillicidio affici: fauces peius est: pulmones pessimum est, propter periculum cum exulcerationis, tum suffocationis.

30. Methodus medendi cum in omnibus affectibus, tum in catarrho duo requirit: primum inuentionem remediorum: deinde inuentorum rectam administrationem, siue usum.

31. Inuentio procedit per indicationes, quæ in catarrho à sex tanquam scopis desumuntur, ideoque totidem erunt indicationes principales.

32. Primò. occurrit membrum mandans, quod est caput, in quo tria peragenda veniunt, cum ut ipsum euacuetur, tum, à quo prouenit, vitium emēdetur, tandem corroboretur, ne impostherum destillationem aut gignat, aut admittat.

33. Secundò. partes recipientes, ad quas descendit fluxio, possulant primum repellentia. quibus in principio semper utendū est

est, nisi pars ignobilis sit: deinde deriuantia ad partes vicinas à nobilioribus ad ignobiliores: postremo digerentia materiam, quæ reliqua, & impacta est recipientibus.

34. Tertiò. Spacia, per quæ fit transitus, indicant catarrhi interceptionem, de qua hoc obseruandum est, ne catarrhus cohibeatur, præsertim si nasum, qui velut cloaca cerebri est, aut os permeans eijciatur.

35. Quartò. Materia catarrhi ad æquabilitatem reducenda est, calida frigidis, frigida calidis, tenuis incrassantibus, crassa attenuantibus, viscida incidentibus, & si qua est acrimonia lenienda.

36. Quinto. Interna siue anteedens causa, si est intemperies capitis calida, frigefacientibus, sin frigida, calefacientibus contemperetur.

37. Sextò. Causa externa manifesta nisi perseuerauerit, alioquin haud multum indicat, sed ab occulta oritur indicatio reprimendi malignitatem catarrhi, quod faciunt alexiteria.

38. Omnes hæ indicationes chirurgia, pharmacia, dieta, quasi triplici remediorum præsidio indigent, & trium illorum usu decenti perficiuntur.

39. Sub chirurgia militant phlebotomia, cucurbitula, hi rudines, cantheria: quare ex his aliquando vnum tantum, interdum plura, nonnunquam omnia, causa reuulsionis, deriuationis & euacuationis accipimus ad curationem catarrhi, prout necessitas & usus postulabit.

40. Pharmacia alia est leniens, alia preparans, alia purgans, alia confortans siue alterans, quib. eo utendum est ordine,

Ut

Ut apposite curemus, semper vnum dirigentes oculum ad ma-
gis vrgens.

41. Dieta, quæ sex rebus non naturalibus describitur, cum
omnium maximè ad curationem catarrhi apta sit, eiusmodi
esse debet, ut ne in qualitate, quantitate, modo, tempore peccet.

